



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 14. Quinque S. R. I. Electores Eugenio adhærere parati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XIV.

Sæcul. XV.
A.C. 1442.

*Quinque Electores Eugenio adhærere
parati.*

Fridericus initio mensis Augusti Franco-
fordiam rediens, quæ interim ibi ge-
sta fuissent, exacte relata percepit. Ba-
sileensium Legati, postquam quinque E-
lectores in Eugenii obsequium sub cer-
tis conditionibus jurasse comperissent, hoc
nuntio admodum attoniti, horribilem, si-
bique satis fatalem tempestatem, quam
inde suis cervicibus impendentem time-
bant, effugere omni studio, & opera nite-
bantur. Igitur nil non egerunt, ut ho-
scæ Imperii Principes ad suam sententiam
pertraherent, qui tamen eos audire re-
spuebant. Imperator sollicite rebus inten-
tus, cum de conditionibus, sub quibus
Electores Eugenium venerari meditaren-
tur, certior factus esset, easdem in con-
fessu Principum, atque Prælatorum dis-
cuti voluit. Hæc cum Basileensium De-
putati comperissent, confessim, & facto
velut agmine Cæsarem accedere, ac pre-
cibus, suasionibus, multaque verborum
contentione urgere cæperunt, ne hasce
conditiones ratas haberet.

§. XV.

Histor. Eccles. Tom. XXVIII.

B